theloneo matheū nomine · & ait
illi· Sequere me. Vidit autē n(on)
tam corporei intuit(us)· quā intīnę
miſerationis aſpectib;· quib; &
petrū negantē ut reatū ſuum
cognoſceret· ac deflere poſſet.
reſpicere dignat(us) ē. quib; pplm
ſuum egyptia ſeruitute depſſū
ut eripet aſpexit· dicens ad mo
yſen. Videns uidi afflictionem
ppli mei qui ē in egypto · & gemi
tum eorꝝ audiui · & deſcendi li-
berare eos. Vidit ergo hominē mi-
ſeratus eū· qui humanis tantū
ſtudiis deditus. necdūq; angelico
nomine dignus extiterat. Vidit
ſedentē in theloneo· ptinaci ui
delicet animo temporalib; lucris
inhiantē. Matheum inquit no-
mine. Matheus hebraice· lati-
ne dicitur donatus. Quod pfe-
cto illi nomē apte congruit· qui
tantū grē ſupnę munus accepit.
Nec pretereundū qđ idē ma-
theus erat dionimos. nam &
leui uocabatur. Quod etiā nomē
idem grē qua donat(us) ē teſti-
moniū phibet. Interpretat(ur) enī
additus ſiue aſſūptus. ſignificans
qua aſſūptus ē p electionē á
dō. & additus ad numerum
gradus aplici. Hoc autē illū
nomine marcus & lucas in

hac lectione magis appella[re]
uoluerunt. ne conſortem operis
euanglici. de priſca conuerſati
one palā notabilē redderent.
At uº ubi ad deſcribendū duode
cim aplorꝝ cathalogū puener(unt).
tacito leui uocabulo matheum
illum apte nuncupauer(unt). Porro
ipſe matheus iuxta hoc qđ ſcrip
tum ē· iuſtus prior accuſator
eſt ſui· uenit amicus eius & in
ueſtigat(us) eſt eū. uulgato ſe nomi
ne appellat· cum de theloneo
uocatū narrat. ſed & in cathalo
go aplorꝝ cū addit tanto ſe pub
licanum cognominat. Thomas
inquit & matheus publicanus.
Quatinus & maiorē p hoc pub
licanis & peccatorib; adipiſcen
de ſalutis confidentiā prebeat.
Quam docendi formulam. paul(us)
quoq; ſecut(us) ait. Quia xpc ihc
uenit in hunc mundū peccato
res ſaluos facere. quorꝝ prim(us)
ego ſum. Sed ideo miſericordiam con
ſecut(us) ſum· ut in me primo oſten
deret dns ihc omnē patientiā
ad informationē eorꝝ qui cre
dituri ſ(unt) illi in uitā eternam.
Vidit ergo publicanū. Et quia mi
ſerando atq; eligendo uidit. ait
illi. Sequere me. Sequere autē

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2318, 8v – Homiliarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-sjn5/3438/36034)